



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofvrti, 1684**

62 S. Bar-panther Pantheris Fil. S. Iacob Mathani Filius. Naufragium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

Crudelitatis conscientiam pro vomicâ devoravet,  
Haic Jamnæus, Solome Matris astu, sufficitur;  
Fratricidæ fraticida.

Hem quò devenerit Machabæorum gloria?  
Hostilis olim sanguinis prodiga, nunc cognati.  
Nimirum nullum patrimonium citius decoquitur, quam  
virtus.

Raro ad tertium pervenit hæredem.  
Magnæ mentes, amentes gignunt.  
Immodesto igitur Sæculo, modesti Fratres  
Mathan & Panther,

Tyrannicum fastum è Bethleheme in Galileam fugere,  
Optimum quippe in Tyrannos bellum est fuga.  
Et in Nazarena Urbe, hoc est inter Flores,  
Nazareo nidificarunt.

## S. BAPAN<sup>N</sup> THER

PANTHERIS FILIUS.

S. JACOB MATHANI FILIUS.  
NAUFRAGIUM.

Vos quoque geminum Sidus Jacob & Bapanther,  
Miserrimi & Naufragii spectatores ex tuto,  
Procellarum finem serenæ lucis augurio præmonstratis,  
Tenebat Judaici Regni clavum Jamnæus,

Nauticam doctior ex naufragiis.  
Nam malè regnando regnare discitum.  
Ibat ridente malacia, lethumq; Regni navigium,  
Et aquatos velorum sinus ferente Spiritu,  
Gaza, Dium, Essam, Gaulanum, Seleuciam,  
Novo triumpho alligatas onerarias remulcabat,

Sed insolito serena tempestas suberat.  
Acerbo statim letho navicularor demergitur.  
Accessit Guberaculo Hircausalter, Jamnæi Filius;  
Idem Magister & proreta; Rex & Pontifex.

Hunc subverttere Aristobulus Frater admittitur.

Æquali navis periculo,  
Sive geminus præsideat Rector, sive nullus.  
Erat alnus in pelago, in alno nautæ,  
Duobus impellantibus obtemperat nemo,

Inter hæc intimanavigio mala,  
 Externorum bellorum infania hyems supervenit.  
 Hesperius Zephyrus, cum Armenio Euro,  
 Cum Trigane Lucullus,  
 Alieno exitio rixantur.

Non capit sese Italicum Mare.  
 Tyrrenum in Eoum refunditur, & undas miscent.

Vorticola Charybdis, Antipater,  
 Per discordiarum rimas armorum æstum immittit,  
 Navarchum mensura Aristobulum qui clavo hæret,  
 Hic, cui necessitas pro arte,  
 Demissos velorum sinus aduerso obliquans vento,  
 Quæ rapido turbine,

Judaici Regni clavæ suis de cardinibus velli:

Puppim calcat & proram, Arcem ac Templum:

Anchorales avitæ fidei rudentes præcidit.

Et séra vota dissipantibus ventis,  
 Legum tabulas, navigii compages, dissolvit.  
 Fluctuantum denique, naufragantemque Aristobulum,  
 In cæcos Romæ vorlices absorbet,  
 Hic bis emersus, bis submersus  
 Sed Pompejanorum vi fluctuum circumfusus,

Nautea bibt venenum.

Hic exitus Judææ Regnum, & Machabæos Reætores tulit,  
 Miserrimam Romanorum Piratarum prædam;  
 Qui sacras opes, aureasque trabes,  
 Sparsa tempestatis analœta, reliquiasque collegere.

Eximio dæumento,

Fraternis discordiis Regna naufragare.  
 Vos vero amica lumina, salutaresque Dioscuri,  
 Bapanther & Jacob,  
 Virgineam è Cælo navim, cui nomen à mari.  
 Divinis mercibus onustam;  
 Cælestemque Gubernatorem Josephum,  
 Dexteroje alite velificatum, ostendit;